comedes cum eis qui carnes ad veſcendum cō=
ferunt. Que verba exponēs Greg⁹. xix. moral.
Carnes inquit ad veſcendū conferre eſt in col=
lationibꝰ viciſſim vitia ꝓximorum enervare. hi
immundi munda ſpernunt ⁊ immūda amplexā=
tur. figurati in corvo Gen. vij. qui miſſus de ar=
ca inuento cadauere requeuit in illo comedens ⁊
fruēs eo. nec eſt amplius reuerſus ad arcā. Co=
lumba vero etiam emiſſa reuerſa eſt ad eā. Spi=
ritualiter per hanc vitam ſimplices volant ⁊ de
tractores hinc inde. Sed detractor inuento pu
tredine alicuꝰ culpe reſidet illi. Illa veſcitur et
illa paſcitur. ⁊ ad conſortiū ſanctorū venire cō
temnit ⁊ obliuiſcitur. Sed homo ſimplex fugit
illa. Sed inuentis ſeu viſis virentibꝰ bonis ope
ribus virorem inde boni exempli aſſumens co=
natur ad arcam diuine gratie bonorꝫ operum
alijs concitus volare. Tertio vtuntur aliq̄ mē=
daci accuſatione. ſicut interdum inuidi ⁊ mēda=
ces accuſant bonos ⁊ innocentes. Et querit̄ cir
ca hoc. vtrum falſe accuſatus vel mendaciter
poſſit accuſati iniuriam remittere? Reſpondet
ſanctus Thomas ſecunda ſcđe. q. xlviij. Falſe
accuſans ſpūaliter facit iniuriam accuſato. Et
ſi accuſatus innocens fuerit poteſt iniuriam ſu=
am remittere maxime ſi ille non calūnioſe accu=
ſat ſed ex animi leuitate. Si autem accuſator ab
accuſatione deſiſtat ꝓpter aliquā colluſionē cū
aduerſario tunc facit iniuriā reipublice. Et hoc
non poteſt ei accuſatus remittere. Sed hoc per
tinet ad principem qui reipublice gerit poteſta=
tem.

De eadē dñica. Sermo ſecūdus.

Ecce quidā hydropicus erat ante illum. Luc.
vbi ſupra. Inter oīa que homini infirmo ſunt ne
ceſſaria vnū eſt p̄cipuū. in medicum confidētia
quia talis confidentia dat medicine operā. quia
diffidentia diſſipat medicinā. Ad qđ probandū
1 ſcribit Seneca libro declarationum. q fuit Ro
me quidam habens filium. ⁊ poſt primā vxorꝫ
duxit aliam. que multum exoſum habuit hunc
filium. Quod aduertens pater miſit eum ad ſtu
dium. qui bene ꝓficiens in magnū creuit medi=
cum. Medicus ergo factus incidit pater in lan
guorem. Igitur filius eius vocatus ⁊ ab eo in=
tegre curatus. poſtea nouerca in eādem incidit
infirmitatem. Accerſitus filius ad eaꝫ ⁊ curare
non valebat. Accuſatus ergo coram ſenatori=
bus q nouercam curare nollet. reſpondit filius
q ideo eam iuuare non poſſet. quia in eo confi=
dentiam non haberet. Spiritualiter autem chri
ſtus eſt magnus medicus qui ſm Aug. de celo
venit. eo q in terris magnus egrotus videlicet
genus humanū iacuit. Iſte medicus ſanat ſolo
verbo. ſm illud Numeri. xxj. Tuꝰ domine ſmo
q̄ ſanauit omnia. Et Sap. xvj. Etenim neqꝫ her
ba neqꝫ malagma ſanauit eos. ſed tuus ſermo
domine. Et debꝫ legi malagma matis. tertie de
clinationis. Et dicitur a malato quod eſt maluꝫ
laxare. et comprimere herbas coctas cuꝫ oleo
vel cum butyro vł aliquo gumi. vel aliquas ſpe=
cies cōmiſcere cum emplaſtro. Et cum nullo ta
li ſanauit chriſtus medicus celorū. ſed ſolo ver=
bo imperando ſicut patet de leproſo. Mat. viij
qui venit ad chriſtum. cui ait imperando. Volo
mundare. vbi mundare eſt imperatiuus v̄bi paſ
ſiui. quaſi diceret. volo. ſis mundus. Quare au
tem iſtos ⁊ alios infirmos ita leniter ſanauit qꝛ
in eum confidebant. Sic ⁊ iſte hydropicus q̄ ad
chriſtū pro ſanitate accedebat patet quia in ip=
ſum confidebat. Quia dicit gloſa. Ante Ieſum
ſtetit hydropicus. quia virtutem medēdi cogno
ſcebat in eo. Ideo coram ipſo ſtabat eiꝰ exſpe=
ctans miſericordiam. Quem pius dominus vi=
dens eius cognouit affectum. quem propter me
tum iudeorum exprimere nō audebat in die ſab
bati. ideo eum ſanauit. de hoc dicūt verba euan
gelij. de quibus p̄ns erit ſermo. In quibus duo
tangit euangeliſta. Primo infirmi p̄ſentationeꝫ
ibi. Ecce homo hydropicus. Scđo ipſiꝰ curati
onem ibi. Ipſe apprehendit eū. ⁊c̄. Primo tan=
git infirmi p̄ſentationē. Ipſe enī hydropicus ſe
chriſto p̄ntauit ⁊ miſericordiam eiꝰ expectauit. ⁊
hoc ibi. Ecce q̄dā hō hydropicus erat añ illū. ſ.
chriſtū. Ubi nota moraliter per hunc hydropi=
cum ſignificant̄ tria genera hominū. videlicꝫ tu
mentiū ſuperboꝝ. fetentiū luxurioſorū ⁊ cupiē=
tium auarorū. Primū ergo genus eſt tumentiū
ſuperborū. ⁊ recte hi ſignificant̄ p hydropicos
Quia dicit Conſtantinus q hydropos ē error
digeſtiue epatis tumorem membrorꝫ generās
dū enī digeſtiua debilitatur in epate ſuperflui=
tates generant̄ in corpe que vigore expulſiue ex=
terius tranſmiſſe mēbrorū inflationē generant
Sic ſupbia eſt error tumorē ⁊ inflationē cordis
generans. ſicut patet in primo angelo q̄ errans
a prima veritate que eſt deus in ſuperbia eſt in=
flatus qui dixit Iſa. xiiij. Aſcendam in celum ⁊
ponā ſedē meā ad aquilonē. ⁊ ero ſimilis altiſſi=
mo. Et ipſe ſic errans in tumore ſuperbie deie=
ctus eſt de celo. ⁊ qua via illic reuertat̄ ignorat
qꝛ dicit Hugo de clauſtro aie. Supbia inquit na=
ta eſt in celo. ſꝫ velut immemor q̄ via inde receſ
ſerit. nec poſtea illic redire poterit. Sic multi
homines errantes hoc tumore ſupbie qua via
ad celum tranſire debeant penitus ignorāt. Sꝫ

foꝛtaſſis in pꝛofunduꝫ deſperantes cadūt. Et
ſunt pꝛecipue duo genera hominū videlꝫ pau-
peres eleuati. et diuites indurati. Primi ergo
ſunt pauperes eleuati. Videmus enī ad expe-
rientiā ꝙ cineres eleuati a terra a vento deſcē
dunt ad locum inferioꝛem et pꝛofundioꝛem ꝙ̄
pꝛioꝛ locus vnde eleuati ſunt foret. quia cadē-
tes ſuper aquam funditus cadunt. Sic moꝛa
liter cinis eleuatus ſiue puluis a vento cōtur-
bat aerē et oculos ledit. Et recte denotat pau-
peres inflatos et eleuatos quos ventus foꝛtu-
ne eleuat ad aliquam dignitatem ſeu honoꝛis
ſtatum. Quo facto ſtatim tument in ſuperbiaꝫ
ſicut declarat ſanctus Bern. ſupermiſſus eſt.
Vidēs inquit pleroſqꝫ de ignobilibus nobiles
de pauperibꝰ diuites factos ſubito intumeſce-
re pſtine obliuiſci humilitatis genus quoſ fu-
um erubeſcere et infirmos dedignare parētes.
Sed vere quantuꝫ ſuperius eleuantur per tu-
moꝛem tanto magis ꝓijciūtur in pꝛofundum
diuina iuſticia exigēte. Quod deteſtat Grego
rius. vij. moꝛaliū. Omnis ſupbia eo tempoꝛe
imo iacet quo ī alto ſe erigit. Ideo dicit paup
Henricus li. iij. Ve tibi moꝛtale genus ꝙ ſem-
per ad alta niterl vt lapſu pꝛofundioꝛ cadas.
Et ponit multa exempla. Primū eſt de Pom-
peio quem foꝛtuna multuꝫ exaltauerat cui alij
ſenatoꝛes pꝛopter triumphos ſepius decelſis
capulis obuiam exibāt. Poſtremo vo fata .id
ē. moꝛtem a ꝓpꝛio famulo Ceſoꝛe ſic dicto tu
lit. de hoc ſic dicit. Aſpice cui totiēs capitalia
celſa triumphos. Obtulerant famulū fata tu-
liſſe tuum. Secundū exemplum ponit de Cra
ſſo. quem foꝛtuna in pꝛincipio in altum extule
rat. ſed in fine peſſime deiecerat. Nam cuꝫ ipe
Craſius fuerat miſſus a romanis cuꝫ exercitu
magno ad expugnandum Babyloniaꝫ ipſe ve
niens eam poſſederat potēter et ſuperbe. Cer-
nentes autem babylonici ciues ꝙ ipſius pote
ſtatem euadere nō poſſent. acceſſerūt ipſum
petentes ne ciuitateꝫ deſtrueret. ſed ipſam pa
cifice intraret. et auruꝫ et argentum caperet in
ſignum triumphi. Qui cuꝫ ciuitatem intraſſet
in ea fuit firmiter concluſus. Ciues vero com
pꝛehenſo Craſio aurum et argentum feruens ī
os eius fuderunt dicentes. Bibe quia aurū ꝓ
triumpho deſideraſti. et ſic moꝛtuus ē ex pota
tione auri. Et hoc tangit pauper Henricus in
illo metro. Aſpice quem Babylon cupido po
tauit in auro. Tertiuꝫ exemplum ponit de Iu
lio quem foꝛtuna exaltauerat. et tandem a pꝛo
pꝛijs ſeruitoꝛibꝰ moꝛtuus ciciderat. De hoc
ponit hoc metꝝ. Facta quā tulerat ceſar acer
ba ſuis. Secundi ſunt diuites indurati quoꝛū
ſi ſuperbia tāgitur nō curant. quod pꝛobatur

in ſimili de balena qui eſt piſcis grādis. ꝙ cuꝫ
in parte pingui feritur non ſentit vulnus. Sed
vulneratus ī macra parte. mox vulnus ſentit
et dolet. Hoc etiam dicitur de aliquibꝰ pinguiſ
ſimis poꝛcis. Sic moꝛaliter ſuperbus q̄ in ma
gnitudine cupit omnes alios ſuperare. et qui ī
putredine elationis iacet vt poꝛcus coꝛrectio
nem dei atqꝫ increpationē ſacre ſcripture non
timet in parte pingui. hoc eſt in pꝛoſperitate et
diuitijs poſitus. Nam pinguedo pꝛoſpera nō
ſinit ipſum iaculum minantis ſcripture perci-
pere. et nequaꝙ̄ vltionem putat eſſe maloꝛum
Sed cum ī aduerſa de ꝓſperis cadit ſentit vul
nus et cognoſcit. et tunc medelam querit. Figu
ratum eſt. Exo. v. de Pharaone cui cū Moy-
ſes diceret ex parte dei vt populum iſrael di-
mitteret vt domino deo ſuo ad ſacrificanduꝫ ī
deſerto iret. reſpondit. Quis ē deus veſter vt
audiam illum. deū veſtrum neſcio et populum
non dimittam. Ecce ꝙ in pꝛoſperitate tumuit
et deum audire noluit. Sed plagatꝰ multiplici
ter dixit Moyſi. Peccaui coꝛam domino deo
veſtro. verūtamen rogate vt mihi indulgeat.
Et per hunc etiam moꝛaliter intelligunt ſup-
bi. mūdi tyrāni qui in pꝛoſperitate poſiti affli-
gunt populum dei. Illis nihil pꝛodeſt pꝛedica
tio vt non moleſtent pauperes. ſed eoꝛuꝫ ſup-
bia aſcēdit ſemper. nec paupes poſſunt ſuſpi-
rare nec reſpirare ſub iugo eoꝝ. ſed interduꝫ
percuſſi in parte macra. videlicet aduerſitatis
quando plagantur a deo tūc ſentiunt vulnera
tunc clamant et vociferant. tunc querūt a deo
medelam. Quia dicit pſ. Cū occideret eos q̄-
rebant eū. Sed interdū querunt miſericoꝛdiā
et nō merent inuenire. qꝛ iudiciū ſine miſericoꝛ
dia fiet q̄ miſericoꝛdiā non fecit Iac. ij. Sic fa
ctū eſt Antiocho. ij. Machab. ix. Scdm genꝰ
qd̄ ſignificat p hydꝛopicum eſt fetentiū luxuri
oſoꝝ. et recte ſignāt ipſi luxurioſi p hydꝛopi-
cos. qꝛ ſicut hydꝛops ſm glo. eſt moꝛbꝰ aquo
ſus vel veſice vitio natus cū fetido anhelitu. qꝛ
anhelitus taliū eſt fetidus. et hoc cauſat itrinſe
cus moꝛbus. Sic etiā luxuria ē moꝛbꝰ aīe feti
dus coꝛaꝫ deo et angelis eius et hominibꝰ. De
pmo ſcꝫ ꝙ luxurioſus fetet coꝛaꝫ deo teſtatur
Hugo libꝛo de bono ꝯſcientie. Tollerabilius
ē canis putridus fetens hoīꝰ ꝙ̄ aīa peccato
ris deo. Hoc ꝯſiderās Sene. dicit. Si ſcirem
deos ignoturos adhuc tū peccare dedignarer
ꝓpter pctī vilitateꝫ. Ecce qd̄ pctm̄ vilificat tā
coꝛam deo ꝙ̄ hoībꝰ ſicut pctm̄ luxurie. certe
nullū. qꝛ dicit glo. ſup illud Coꝛ. vj. Oē pctm̄
qd̄ facit hō ex̄ coꝛpus ē. q̄ aūt foꝛnicat ī coꝛpꝰ
ſuū peccat. Cetera inqt pctā tm̄ animā macu
lāt. foꝛnicatio vo non tm̄ animā. ſed et coꝛpus

cõtaminat. Ibi enĩ nõ ſolũ ẽ imũdicia ſpũalis
ſed ⁊ coꝛpalis. De ſcđo vo ꝙ luxurioſus fetet
coꝛaꝫ angelis patet in vitaſpatrum. ꝙ angelꝰ
trãſiens cũ quodam heremita. Et cum obuia=
rẽt cadaueri. heremita ſꝫ nõ angelus obtura=
uit nares ſuos. Et deinde obuiũ quendã ado=
leſcentem luxurioſum habuerũt. obturauit ſe
angelus ſed nõ heremita. qꝛ multum fetet ⁊ di
ſplicet luxuria ĩ oculis angeloꝝ. Quia ſi filia
alicuius regis tue cuſtodie tradita vt eam cu=
ſtodires non paruꝫ tibi diſpliceret ſi illa ĩ tua
cuſtodia foꝛnicaretur. Cum autem traditꝰ es
ad cuſtodiẽdum angelo. Iux̃ illud pſ̃. xc. An
gelis ſuis mandauit de te ⁊c̃. Quãto ergo pu=
tas diſplicet ei cuꝫ tu ſub eius cuſtodia foꝛni=
ceris. Ideo dicit Bern̄. In quouis angulo re=
uerentiaꝫ exhibe tuo angelo. et ne audeas illo
p̄ſente cõmittere quod me p̄ſente non auderes
quaſi diceret. Ex quo nolles coꝛaꝫ aliqua pſo
na honeſta foꝛnicari. minꝰ coꝛaꝫ angelo q̄ ſem
per videt faciem dei. Mat. xviij. De tertio vo
videlꝫ ꝙ fetet luxuria coꝛã hoĩbꝰ dicit Guilh.
ꝙ fetoꝛ ẽ ĩ peccato iſto. qꝛ a viris ſpũalibꝰ iter
dũ ſentit̃. Et ponit exẽplũ ꝙ q̃dã ſcholaris p̄=
ſentiã ſcoꝛti ĩ domo ſua cognoſcebat. Et q̃daꝫ
archidiaconꝰ ſentiebat ꝙ ſeruus ſuus foꝛnica
tus fuerat. Quarto põt addi ꝙ hoc pctm̃ etiã
fetet demonibꝰ. qꝛ legit̃ ꝙ diabolus ꝑ quẽdaꝫ
demoniacũ cõfeſſus ẽ ꝙ peccatũ illud ei mul=
tũ feteret. Et cũ interrogaret̃ cur illud cũ tan
ta diligentia pꝛomoueret reſpondit. ꝓpter lu=
crũ. ſicut cloacarius fetoꝛeꝫ cloace ratione lu
cri intrat lꝫ fetoꝛem abhoꝛreat. Ideo dicit q̄=
dam gloſa. Quid fetidius luxurioſo qui deuꝫ
moleſtat. angeluꝫ fugat. demones letificat. ſe=
Q ipſum ferit. ⁊ eterna luce pꝛiuatur. Sed dice=
res vnde pꝛocedit fetoꝛ luxurie? Reſpõdetur
ꝙ p̃ncipaliter a fetoꝛe crapule ⁊ gule. Quia
dicit Johẽs in Apoc̃. xxij. ca. Qui in ſoꝛdibꝰ
ẽ ſoꝛdeſcet adhuc. quaſi diceret. Qui in ſoꝛdi=
bus eſt crapule pꝛonus erit in ſoꝛdibꝰ luxurie
Sed tamen homo non percipit fetoꝛẽ. Quod
patet in ſimili. Quia poſtq̃ veſtimentũ multũ
fetidum eſt noua ſuperueniens ſoꝛdes nõ per=
cipit̃. que tamen in candida veſte ſtatim appa
ret. Hoc videmus ĩ atrio mũdo in quo vix po
teſt feſtuca cadere quin perpendatur. Sed cuꝫ
eſt immundũ grande lutum non ꝑcipitur. Sic
moꝛaliter homo deditꝰ crapule ſemꝑ eſt in ſoꝛ
dibus. quia crapuloſi vt frequenter habẽt oꝛa
⁊ anhelitum fetidum ⁊ fetẽtia. vt dicatur illud
pſ̃. Sepulcrum patens eſt guttur coꝝ. Ideo
cum ſoꝛdidioꝛ efficitur cadens in lutum libidi
nis nõ percipit. Vadit enĩ d̃ ſoꝛde ad ſoꝛdem
velut ſus que deſcendit ad ſoꝛdiduꝫ ſtabulum
ipſoꝛum demonuꝫ. Figura Matth. viij. ꝙ qui
dam habens legionem ſpirituum immundoꝝ
habitauit in ſepulcris. vnde vero virtute diui=
na expulſi ſunt demones. ⁊ ſpiritus illi ĩgreſſi
ſunt gregem poꝛcoꝛum domini ꝑmiſſiõe. ⁊ im=
merſerunt eos in mari. Spiritualiter per ſpiri
tus illos immundos qui hominem hunc tene=
bant in ſepulcris. ſubaudi gule ⁊ crapule vitia
q̄ viuentem hominẽ tenent in ſepulcro. Adeo
enim ſpiritus grauatur in nimietate cibi et po
tus vt ſit quaſi ſepultus. Quia dicitur in oſea
Memphis ſepeliet eos. Memphis interpꝛe=
tatur ex oꝛe nimietas cibi ⁊ potꝰ ex oꝛis vitio
occaſionem habens homineꝫ ſepelit. Vñ Hie=
ro. Qui luxuriatur viuens moꝛtuus eſt. Qui
inebꝛiatur viuens moꝛtuus eſt ⁊ ſepultꝰ. Ideo
crapula ⁊ gula moꝛtuum condunt homineꝫ vt
ſemper eſt ĩ fetoꝛe. ſemper putreſcit ⁊ fedatur.
Ducunt enim huiuſmodi vitia ad libidinem q̄
pꝛopter immundiciam anime ⁊ coꝛpoꝛis quaꝫ
inducit poꝛcine feditati compatur. Sꝫ inde vi
delicet de libidine deſcẽdũt ꝑmiſſione diuina ĩ
mari. i. in infernũ ſtabulo igneo ⁊ immũdo cuꝫ
demonibus deputandi q̃bus ſe ꝑ immundiciã
copulauerũt celauerunt. Ideo dicit Bern̄. Lu
xuria eſt peſtis que cũ gehenna familiarẽ hꝫ ſi
militudinẽ. In gehenna enĩ ſunt tria. odoꝛ feti
dus. vermis ꝯſciẽtie. vrens flãma. Sic purẽs
luxuria fetet ꝑ infamiaꝫ. vrit ꝑ ꝯſcientiã. per=
urit ꝑ concupiſcentiam. ⁊ ſubdit. Luxuria ẽ pe
ſtis omni mõſtro damnoſioꝛ que coꝛpus ener
uat. animã cõmaculat. famam perdit. ꝓximuꝫ
offendit. deum amittit. Tertium genus homi= B
nũ quod ſignificatur ꝑ hunc hydropicũ eſt cu
piẽtium auaroꝝ. quia hydropicus quãto ma=
gis bibit tanto magis ſitit. Sic cupiens auarꝰ
quanto plus bibit de terrenis diuitijs tãto plꝰ
ſitit. Ideo dicit Egidius romanus d̃ regi. pñ=
cipũ parte. iij. li. ij. ca. viij. ꝙ nunq̃ cõmuniter
homines ſatientur poſſeſſionibus ⁊ diuitijs. ⁊
nũq̃ poteſt quis tot habere quin plura vellet.
Et allegat ibi phm̃. j. politicoꝛuꝫ qui aſſignat
duplicem cauſam quare cõcupiſcentia diuitia
rum eſt infinita. Pꝛima ſumitur ex inoꝛdinati
one voluntatis. quia homines ſtudẽtes circa
viuere ⁊ non circa bene viuere. Quicũqꝫ autẽ
ꝓpter ipm̃ bñ viuere diuitias volunt fruitiões
coꝛpales nõ infinitas querunt. bñ enĩ viuere ⁊
v̾tuoſe viuere. hoĩes g̃ q̄ non curnat virtuoſe
viuere. ſꝫ totũ coꝝ ſtudiũ ẽ vt viuãt ſm̃ coꝛpo
rales voluptates. ⁊ cũ diuitie maxime videãt̃
vt ꝑ eas q̃libet poſſit qđ appetit. Ideo vt me=
lius poſſent homines explere quod volũt diui
tijs et poſſeſſionibus non ſatiantur. Secunda
cauſa ſumitur ex falſa eſtimatione finis. Nã vt

diſtinguit ph̄s.j.pollitico ꝝ. Aliter appetitur
finis.⁊ aliter ea que ſunt ad finē. Naʒ finis pe
titur in infinitum. Ea vero que ſunt ad finē ſm
moduʒ ⁊ menſuram ipſius finis.vt ſi finis me
dici eſſet ſanare nunꝙ poſſet medicus tantaʒ
ſanitatem inducere. quin ſi eſſet poſſibile vel=
let eam maiorē efficere. Medicus ergo ſanita
tatem quaſi appetit inducere infinitaʒ. Sʒ po
tionē oportet dare ſm modum ⁊ menſuraʒ ſa=
nitatis. Contra ergo homines habent falſam
eſtimationē de fine.vt putant ipſuʒ finem eſſe
ī diuitijs ponēdū.ideo appetunt eas in infini=
tum. Sed alia rō pōt eſſe moralis.videlʒ quia
homines nō habent charitatem ad eterna.qꝛ
videmus ꝙ muſce nunꝙ ponūt ſe ſuper ſcutel
lam dum cibus eſt calidus ibi. ſed cuʒ tepeſcit
⁊ refrigeſcit reſidentes in ipſa totum quod eſt
ibi fedant.ſic dum cor humanū retinet chari=
tatis calorē ſp comedit ab ea muſca cupidita
tis. Ratio ē.qꝛ oppoſita ſe nō cōpatiuntur ſi=
mul.charitas ⁊ cupiditas ſunt ſibi oppoſita.
Quia ſm Aug.in quodam ſermone.radix om
nium bonorum eſt charitas. Et radix omniuʒ
maloꝝ ē cupiditas.⁊ ambe ſimul eſſe non poſ
ſunt.niſi vna radicitus euallatur alia plātari
non poterit. Fruſtra ergo conat ramos ꝑſcin=
dere niſi radicē ſtudeat extirpare. Sed heu qꝛ
ſuperabundauit iniqtas et refriguit charitas
multorum. Matth.xxiiij. Ideo muſce cupidi=
tatis ⁊ auaricie creuerūt ꝙ q̄ſi totum mundū
inſatiabiliter repleuerunt. Figura Exodi.viij.
vbi legitur ꝙ quarta Pharaonis plaga fuit
muſcarum multitudo quaruʒ tāta erat infeſta
tio vt vix poſſent homines quicꝙ purum ſiue
mundū comedere.ſic omnia fedauerunt. Spi
ritualiter per has muſcas ſic infeſtantes.ſub
audi cupiditatis ⁊ auaricie actus q̄ adeo ſunt
fedi ⁊ enormes ꝙ omnes mores humanos ꝓ=
phanauerunt. Et notandum eſt ꝙ ſunt multa
genera hominuʒ. Primi ſunt mercatores qui
ꝓpter auariciā in mercādo multa vitia cōmit=
tunt. Primū ē vendere quantū pn̄t charius ⁊
emere quantū pn̄t leuius. Dicit tn̄ Guilh. Cū
mercatores laborēt ꝓ oib⁹.⁊ quaſi negocium
cōe gerāt pn̄t moderatū lucꝝ recipe.ſec⁹ ī im
moderato.vt extra de emp.⁊ ven.c.j. Scd̄m
peccatū quod in eis abundat eſt mendacia in
quibus nō ē parua culpa. Ideo dicit Chryſo.
lxxxviij.diſt.c.eijciens. Mercator ſine mēda
cio ⁊ piurio eſſe nō pōt. Ideo tertiū pctm̄ qđ ī
eis abundat ſunt piuria in quib⁹ ſimiliter non
ē parua culpa.cū ſit ꝯtra illud.Exo.ij. Nō aſ
ſumes nomē dei tui inuanū. Et dic̄ Ray. quo=
tiēs ſciēter vel cauſa decipiēdi ꝓximū piurat
vel mētit̄ peccat mortaliter ⁊ tenet̄ ad reſtitu=
tionē inquātū decipit ꝓximū illi eidē decepto
faciēdā ſi ſcit q̄s ſit ille vel heredi ei⁹.vel ſi ne=
ſcit pſonam tūc det pauperi ſm autoritatem
eccleſie. Si v̄o ignoranter dicit falſum vel ſci=
enter intendens ſibi ꝓdeſſe ⁊ ꝓximo nō obeſſe
forte eſt veniale.hec Ray. Quartum pctm̄ eſt
quod abundāt in furtis que precipue fiūt cir=
ca ſtateras.pondera ⁊ menſuras.⁊ hoc tripli
citer. Primo cuʒ q̄s diuerſa habet pōdera vel
mēſuras.⁊ emit ad maiorē ⁊ vēdit ad minoreʒ
de q̄bus ſupra ſ.lxvij.B. Secundo cū q̄s ha
bens iuſtā menſurā ⁊ pondus iuſtū ⁊ male mē=
ſurat vel pōderat. ſicut faciunt tabernatores
qui menſuram implent ſpuma. Tertio cuʒ q̄s
ꝓcurat vt res que debet vendi pōderoſior ſit
vt faciunt qui lanaʒ vel crocum madefaciunt
Quod prohibet dominus Leuit.xix. Ego do=
minus deus veſter.nolite facere quod iniquū
ē in iudicio ⁊ in regula.in pōdere ⁊ in mēſura
ſtatera iuſta ⁊ equa ſint pondera.iuſt⁹ modi⁹
⁊ equus ſextarius. Ego dominus deus veſter
Et his dicit.domin⁹ deus veſter vt tales time
ant fraudes facere.ſcientes ſe habere dominū
quem nullū latere poteſt ſecretū. Quintū ē vē
dere charius ꝓpter dilationē ad terminuʒ qđ
ē ſpecies vſure palliate. De quo Sap.lxvij.c.
Sextum eſt aliud oſtendere aliud vēdere ſiue
aliud vēdere.aliud exhibere. Septimuʒ eſt ce
lare defectum.vt ſi aliquid malū habet ī ſe res
quam vendit nō reuelat ementi. De hoc facto
vide ſ.ſer.lxvij.D. Octauū ē loca tenebroſa
eligere vt res ven al̄a ppareat alteri⁹ modi ꝙ
ſit ī veritete.ſicut accidit his q̄ tenebras faci=
unt in locis in q̄bus vēdere debent pānos. in
quo oſtendunt ſe eſſe filios tenebrarum. De q̄
bus Mat.xxij. Proijcite eos in tenebras ex=
teriores.quia per hoc ꝙ querūt tenebras ma=
lefacere velle ſe oſtendunt. Joh.iij. Omnis q̄
male agit odit lucem.vt nō arguantur opa ei⁹
Secūdi ſunt exactores.vt reges.principes.⁊
barones.⁊ ceteri qui exaccināt ſubditos ſuos
iniuſte. De quib⁹ ꝓphetauit. Eſa.j. Principes
tui infideles.ſocij furum omnes diligūt mune
ra.quia tenent ⁊ fouent ī curijs ſuis qui ꝑ mu
neribus iuſtificāt impiū ⁊ condemnāt iuſtum.
Omnes inquit propheta diligūt munera.⁊ nō
ſolum a diuitibus.ſed etiam a pauperib⁹ chri=
ſtianis.⁊ non dumtaxat a chriſtianis. ſʒ etiaʒ
a perfidis iudeis domini noſtri ieſu chriſti et
crucis eius inimicis nō curantes ſi cuʒ vſura
a chriſti mēbris per iudeos fuit extorta.vt eti
am a iudeis dona habere valeāt eis tantas li=
beralitates tribuunt vt ab eis etiaʒ fideles af
fligantur.vel eis etiam interdum in ciuitatib⁹
publica officia aſſignant ī q̄bus grauiter chri

ſtianos affligunt ⁊ puniant. ⁊ vltra debituʒ ex
torqueant. quod tamen eſt prohibitũ. extra ď
iudeis ⁊ ſaracenis. Nũ ſit nimis. vbi habetur
in ſumma. ꝙ iudei ſuper chriſtianos nõ ponã-
tur in publicis officijs. Et domini qui contra
fecerint grauius puniant. ⁊ iudeis ſic poſitis
tam diu chriſtianorum cõmunio ſubtrahitur.
donec totum quicquid occaſiõe huiuſmodi ac
quiſierint in vſum pauperũ ſit cõuerſum. Sed
quia tales domini qui hoc faciũt nolunt h pu
niri. ideo ĩ futuro a demonibꝰ puniẽtur. Sicut
eſt punitus q̃dam comes maſticonẽ. Hic cuʒ
in ꝓprio palatio reſideret conſtipatus multis
militibus repente homo ignotus intrãs hoſti
um palatij. videntibus cunctis ad ipſum vſq̄
peruenit. dicẽs ſe velle ei loqui. imperãs ei vt
ſurgeret. Qui non valens reſiſtere ſurrexit. ⁊
vſq̄ ad hoſtium perrexit. vbi equũm paratuʒ
inuenit. Quem viſum ſtatim aſcendit. Cuius
habenas ille accepit q̃ propter cuʒ venit velo
ciſſimo curſu per aera cunctis videntibus cuʒ
ferre cepit. Ille autem miſerabiliter clamauit
Succurrite ciues ſuccurrite. Sicq̄ tandẽ ſub-
tractis viſibus oĩuʒ hoĩuʒ factus eſt propter
ſuam exactionẽ ⁊ oppreſſionem pauperuʒ de-
monũ ſocius. Tertij ſunt iudices ⁊ aſſeſſores
q̃ ꝓpter auariciam faciunt iniqua ⁊ iuiuſta. iu-
ſtificantes eos q̃ plus donant. De q̃bus Eſa.
v. Ve vobis qui iuſtificatis impium ꝓ munere
⁊ iuſticiam iuſti aufertis ab eo. Et non ſolum
ve illis qui pro munere iudicant. ſed etiam il-
lis qui munera dant vt alios opprimant. quia
per hoc excecant oculos iudicum ⁊ potentuʒ
ne cauſam agnoſcant iuſtam. Iuxta illud Eccĩ
xx. Exenia ⁊ dona excecant oculos iudicum.
¶ Quarti ſunt mali aduocati ⁊ ꝓcuratores q̃ ꝓ-
pter pecuniam auariciãq̄ ſuam falſe ꝯtra con
ſtitutionem allegant ⁊ veritatem ſupprimunt
Deberent enim eſſe ſicut dicit Robertus Hol-
kot lectione. lv. vt ſtelle fixe mote tñ motu fir-
mamenti. id eſt. veritatis. quia labium veritatis
fixum in perpetuum. Prouerb. xxj. Sed certe
pro maiori parte inueniunt erratici. quia mo-
uentur duplici motu. videlicet contra veritatẽ
propter munera. ⁊ quandoq̄ cum veritate du
cti conſcientia. Et ideo ď eis. dr̃ Iob. v. Stelle
non ſunt munde in conſpectu. Ideo lingue co-
rum aſſimilantur ſtatere que quaſi ad minimũ
põdus facit motum. ⁊ ſe inclinat ad grauioreʒ
partẽ. Ita iſti quomodocũq̄ ſit de veritate ad
illã partẽ magis inclinant que fit in dando pe
cuniam magis ponderoſa. De quibus dicitur
in pſ̃. Mendaces filij hominuʒ in ſtateris. Et
merito ĩfertur eis calamitas Iob. Calamitas
quam patiar in ſtatera. Comparantur etiã ta-

les cherubin qui tenet gladium flammeum at-
q̄ verſatilem ad impediendum hominis redi-
tum in paradiſum Geñ. iij. Reuera iſti habent
flammeum gladium. quia lingua eorum gladi-
us acutꝰ. ⁊ ẽ valde verſatilis quia de facili ver
ti poteſt contra veritatem ⁊ pro veritate. Che
rubin interpretatur plenitudo ſcientie. ⁊ iſti di
cuntur ſapientiſſimi apud vulguʒ. Sed quid de
ſeruiunt. reuera vt cõmuniter ad cuſtodiendũ
lignũ vite ne aliquis accedat ad vite ligñuʒ. i.
ad chriſtum. Iſti eñi ſunt qui falſa ꝓcurant di
uortia. eccleſias veris expoliant prelatis. ⁊ ſi-
moniacos copulant. innocẽtes excõicant. ver
bis reconciliant. chriſtum ⁊ eccleſiam ꝑſequẽ-
tes. Ideo legitur ĩ tragedia quadaʒ Senece ꝙ
quidaʒ vidit in ſpiritu Neronem apud inferos
balneantem. Miniſtri vero vndiq̄ aurum bu-
lientes circa eum infundebant. cum vnã cohor
tem aduocatoꝝ vidiſſet accedenteʒ prope cla
mabat dicẽs. Venite huc o venale hominũ ge
nus. ⁊ aduocati amici accedite. vt in hoc vaſe
balneamini mecuʒ. Adhuc ſupereſt locꝰ quem
vobis reſeruaui. Quinti ⁊ vltimi ſunt vſurato-
res. Iam heu nullus diuituʒ gratis vult pecu
iam mutuare propter deum pauperi ⁊ indigẽ-
ti. ſicut precepit chriſtus. Luc. vj. Mutuũ dan
tes nihil inde ſperantes. Sed cõcedit ad tem-
pus vltra ſortem aliquid accipiendo. vel aſtu-
tia cogitat vt aliquid ſub nomine cenſus capi-
at vltra ſorteʒ ac ſi ad vſuram mutuaſſet. cuiꝰ
pena eťna erit dãnatio. Quod inſinuat Ezech
xxij. Vſuram ⁊ ſuperabundantiam accepiſti.
⁊ auare ꝓximos tuos calumniaris. Ecce com
ploſi manus ſuper auariciam quam feciſti. vbi
dicit glo. Comploſa manu nõ palma aperte ꝑ
cutiet dominus vſurarium. quia ipſe manꝰ cõ-
ploſas habuit ⁊ nõ apertas ad egenos. Idcir
co hoc triplex genꝰ hydropicoꝝ. videlicet tu-
mentiũ ſuperboꝝ. fetentiũ luxurioſoꝝ. ⁊ cupi
entiũ auarorum indigẽt dominica apprehenſi
one ſanatiõe ac dimiſſione. Primo indigẽt do
minica apprehenſione. ⁊ hec fit in cordis con-
tritione. Videmꝰ eñi ad experientiam ꝙ radij ſo
lares apprehẽdũt vapores. ⁊ ex materia ama
ra generantur interdũ nubes. videlicet de va-
poribus eleuatis ex mari ⁊ in nubibus cõden-
ſatis virtute celeſti. Nubes tamẽ ille in pluuiã
redacte dulciſſime ſunt ⁊ terraʒ fecundãt. Spi
ritualiter radij ſolis ſunt diuine inſpirationes
De q̃bꝰ pſ̃. Miſeratiões eiꝰ ſup oĩa opa eius.
Sʒ ꝑ mare itelligit cor pctõris. Eſa. lviij. Cor
impij q̃ſi mare ferueñs qð q̃eſcere non põt. Eſt
igit peccatoris amariſſimuʒ peccati amaritu-
dine. Sed de hoc corde radiorũ ſolis. i. diuine
miſeratiõis apprehẽdunt ⁊ eleuãtur vapores

id eſt.ꝯſiderationes ꝙ videlꝫ hō cōſiderat ꝙ
peccatū tria damna facit ſibi niſi diuina miſe=
ratio obſtaret. videlꝫ ꝙ ꝯcludit in iudicio. ex=
cludit a regno ⁊ ꝑcludit ī inferno. Primo igitꝰ
concludit ī iudicio. ſꝫ ecōtra diuina miſeratio
ſoluit argumētū ne hō in iudicio ꝯcludatꝰ. Ar=
gumētū qđ facit iuſticia ꝯtra pctōreꝫ ē demon
ſtratiuū. ſicut furtū īuētū inſinuat furē. ⁊ ideo
ſtatim iuſticia ſententiat. ſꝫ miſericordia ſnīaꝫ
ſuſpēdit ⁊ iudiciū ſicut ꝑnceps ſupioꝛ. Iuxᵗ il=
lud Iac. j. Miſericordia ſupaltat iudiciū. Se=
cūdo pctm̄ excludit a regno. ſicut lepra exclu=
dit hoīeꝫ a ſanoꝝ ꝯſortio. Sꝫ illud impedimē
tum tollit diuina miſericordia. ne hō a regno
excludatꝰ ianuā reſerādo ⁊ frāgēdo. Xps enim
dicit Ioh. x. Ego ſum hoſtiū. Iſtud hoſtiū fre
git diuina miſericordia cuꝫ baculo crucꝭ tanto
īpetu ꝙ vna ps porte deſcēdit ad inferna. ⁊ re
liqua vſqꝫ in ſepulcrū. ⁊ ſic hoſtiū ē aptum vt
ꝗlibet q̄ saltē voluerit poſſit intrare in regnuꝫ
Apoc. iiij. Uidi ⁊ ecce hoſtium aptum. Tertio
pctm̄ includit in inferno. ſicut debitum non ſo
lutum detinet in carcere hominē. Iuſticia dic.
Amē dico tibi nō exibis donec reddas nouiſ=
ſimū quadrantem ſeu minutū. Matth. v. ⁊ Lu
ce. xij. Econtra miſericordia frangit ligamen=
tum ne homo ī inferno includatur ſed redimē
do euꝫ ſicut orabat pš. Redime me domine et
miſerere mei. Et Apoc. j. Redemiſti nos deus
Et. j. Corī. vj. Empti eſtis precio magno. Iteꝫ
dicit iuſticia pš. Conuertantur peccatores in
infernum omnes gentes qui obliuiſcuntur de=
um. Sꝫ miſericordia dicit. A porta inferi erue
domine animas eorum. Has igitur conſidera
tiones apprehēdūt ⁊ eleuāt radij ſolares. vide
licet diuine miſericordie ſine quo hō nihil pōt
facere ⁊ ille q̄dē ꝯſiderationes cauſant nubes
ꝯtritiōis. doloris ⁊ timoris. ⁊ he redacte ī plu
uiam lachrymaꝝ dulciſſimā lauant lutū culpe
ſicut pluuia lauat feditateꝫ platee ⁊ fecundant
aquam animi. ⁊ ꝓducūt fructum opatiōis ſan
cte. ſicut ptꝫ de maria Magdalena que fuit ſu
perba. luxurioſa ⁊ auara ⁊c̄. Quia ſeptem ha=
buit peccata mortalia deſignata ꝑ ſeptē demo
nia Marc. vlt. Sed radij diuine miſericordie
eleuauerūt ī ea vapores cōſiderationis. ſ. pec
catoꝝ. Naꝫ ſm Grego. in omelia. Conſidera
uit eni quid fecit. ſcꝫ peccata contra deū. ⁊ no
luit moderari quid faceret. ⁊ ſic ille conſidera
tiones cauſabant contritiones ⁊ dolores q̄ re
dacte ſunt in pluuias lachrymaruꝫ quibus pe
des dominicos irrigaret Luc. vij. Et ſic pecca
tor hydropicus qui habet tumorem ſupbie. fe
torem luxurie. ⁊ cupiditatem auaricie. indiget
ꝑmo dominica apprehēſione. id eſt. ꝯtritione

Scđo indiget ſanatione. ⁊ hec fit neceſſe ꝑ cō=
feſſionē. qꝛ ſola ꝯtritio nō ſufficit ad peccato=
ris curationē niſi cōfeſſio ſubſequatꝰ. Qđ figu=
ratū eſt. j. Mach. v. vbi legitꝰ ꝙ Iudas macha
beus venit congregato exercitu obuiā Timo=
theo duci filioꝝ Amon iuxta torrentem. Quē
videns Timotheus multum timuit ꝯuocatis
diſcipulis ſuis ait illis. Si Iudas videns tor=
rentem inuadit nos nō poterimꝰ aduerſus eū.
Sed ſi timuerit ad nos trāſire ibimus nos ad
ipſum ⁊ vincemus eum. Tunc Iudas ordina=
to notario qui omnia nomina ſciebat fecit om
nes ſuos proprio nomine ⁊ cognomine voca=
ri. Quo facto Timotheꝰ ꝑterritus nimis fuga
tus eſt ⁊ eius exercitus ſimiliter. Et Iudas cō
buſta terra inimicorum aſcendit in monteꝫ ſa=
num ⁊ incolumē omnē exercitum ſuum ducēs.
⁊ ibi obtulit ⁊ ſacrificauit holocauſta Spiritu
aliter Iudas interpretatur confeſſio. ⁊ ſignifi
cat penitētem animam que ꝑmo contra diabo
lum vſqꝫ ad ꝯtritioneꝫ ⁊ lachrymaꝝ effuſionē
accedit fortiter pugnatura. ſꝫ ſi vult obtinere
victoriā oportet eaꝫ ꝓgredi. Nō eni ſufficit ꝓ
peccatis tm̄ lachrymas facere ⁊ fundere ⁊ cō=
teri. ſꝫ ⁊ neceſſe eſt peccata etiā confiteri. hoc
eni optime cognoſcit diabolꝰ, ideo cōgregato
exercitu ſuaꝝ temptationū ad reſiſtēdū dicit.
Si penitens vltra nō egrediatur ſed rubore ꝑ
territus nō confiteatꝰ peccata ſua vincimꝰ euꝫ
⁊ nō poterit cōtra nos ſed captiuꝰ noſter erit
Si vō audacter trāſeat torrentē lachrymaruꝫ
⁊ peccata ſua ꝑ ꝯfeſſioneꝫ manifeſtare nō time
at ſupabit nos ⁊ vincet. Tunc igitꝰ locandus ē
notariꝰ. i. memoria que omnia peccata habet
in ſcriptis quantū ad nomē ⁊ quātū ad cogno
mē. i. quantū ad peccati ſubſtantiā. ⁊ q̄tuꝫ ad
omnē eiꝰ circūſtantiā ⁊ ad verā ꝯfeſſionē req̄=
ſitā. ⁊ ſic omnia peccata legitime ꝯfitendo cō=
terit diabolū. ⁊ diſſipatꝰ omnis eius habitatio
quam ꝑ culpam habebat in anima. Et tūc ipſa
anima hac obtēta victoria ſine aliqua leſione
aſcendit in montē ſion ad eternā beatitudineꝫ
ſpeculando. ⁊ ſic ſecundo peccator indiget cō=
feſſione que notatꝰ in ſanatiōe. Quia ſm Aug.
libro de penitētia. cōfeſſio languores ſanat. le
proſos curat. mortuos ſuſcitat. ſanitatē auget
gratiamqꝫ conſeruat. Tertio indiget dimiſſio=
ne. Quia chriſtus hunc hydropicū ſanatū di=
miſit. ⁊ hoc fit ꝑ ſatiſfactioneꝫ. quia nō ſufficit
peccatori ꝙ ꝯtritionē habeat et peccata corā
ſacerdote dicat niſi etiam ſatiſfaciat. Quod ꝓ
bat beatus Gregꝰ in paſtorali ꝑ tria exempla
Primū q̄ lr̄as vel aliquod falſum inſtrumētuꝫ
ſcripſit non ſufficit ꝙ vlterius nō ſcribat. ſed
quod male ſcripſit deleat. Peccata noſtra oīa

ſcripta ſunt. Iuxͣ illud Hiere. xiiij. Peccatum
meũ ſcriptũ eſt ſtilo ferreo. Nõ ſufficit ergo vt
peccata quis dimittat niſi quod male fecit do=
leat. ſed ꝑ ſatiſfactionem reſtituendo ſi q̄d ma
le abſtulit. Quia dicit beatꝰ Aug. xiiij. q. vj. §.
ſi res. Nõ dimittit̄ pctm̄ niſi reſtituat̄ ablatuꝫ
Scḋm exemplum ſi aliquis alicui blaſphemi=
as dixerit non ſufficit ꝙ vlterius nõ dicat niſi
de his que dixit peniteat. Peccatoꝛ deuꝫ blaſ
phemat iter gentes non ſufficit ꝙ a talibꝰ blaſ
phemijs deſiſtat niſi ꝺ his culpabilē ſe reddat
ꝛ ſatiſfaciat. Tertium exemplũ ꝙ debitoꝛ nõ
abſoluitur a debitis q̄ contraxit pꝛo eo ꝙ alia
nõ mutuat niſi ea que contraxit ꝑſoluat. Quã
do peccamus debitoꝛes dei ſumꝰ. ſicut ptꝫ Lu
ce. vij. Duo debitoꝛes erãt cuidã feneratoꝛi. id
eſt. deo. De his autem debitis abſoluti non ſu
mus pꝛo eo ꝙ alia non cõmittimus niſi ꝺ his
que cõmiſimus ſatiſfaciamus. Eſt autem ſatiſ=
factio ſm Aug. de peni. diſ. iij. in. c. ſatiſfactio
eſt cauſas peccatoꝛum excidere ꝛ eoꝛuꝫ ſugge
ſtionibus aditũ nõ indulgere. Et ꝑ cauſas pec
catoꝛum intelliguntur radices vitioꝝ vel pec
candi occaſiones vel opoꝛtunitates. vt de pe.
di. ij. Quia radix.

De eadem dñica. Sermo tertius.

AMice aſcende
ſuperiꝰ. et erit tibi glĩa ꝛc̄. vbi ſupra
A Dicit Ariſ. iij. metheoꝛoꝝ. Si animal percuti
tur a fulmine moꝛitur. ꝛ multi homies percuſ=
ſi a fulmine non moꝛiunt̄. quia homo ē animal
rationabilius. ideo foꝛte natura in hoc ſibi ꝓ=
buit honoꝛem. Spũaliter ꝑ fulmen intellige iu
dicium extremũ. quia ſicut dicit ibidem Ariſ.
vbi ſupra. Fulmen aliqñ liquefacit gladiũ ĩ va
gina ipſam nõ ledendo. Sic extremũ diſtrictũ
iudiciũ liquefacit aĩam peccatoꝛis puniendo
coꝛpoꝛe manente illeſo. Nam ſm Chryſo. tol=
lerabilius eſt penam inferni ſuſtinere ꝙ̄ verba
irati iudicis quibꝰ dicturus eſt ĩ finali iudicio
Mat. xxv. Ite maledicti in ignē eternum. Et
beatꝰ Bern. ſup pſ. Qui habitat dicit. Quid
tã cauendũ q̄d tam plenũ anxietate ꝛ vehemē
tiſſime ſollicitudinis excogitari poteſt ꝙ̄ iudi=
candum aſtare illi terrifico ꝛ deifico tribunali
ꝛ incertã ꝛ adhuc ſubitamq; a diſtincto iudice
expectare ſententiam vbi iudex teſte non indi
get. ꝛ vbi veritas diſcutit intentiones. Et in q̄
dam epiſtola ibidem ad Robertũ monachum
Ueniet inquit qui male iudicata iudicabit. Il=
licita iurata confutabit qui facit iudicium ꝛ in
iuriam patientibus. Ueniet inquã veniet dies
iudicij vbi plus valebunt pura coꝛda ꝙ̄ aſtuta
verba ꝛ ꝯſciētia bona ꝙ̄ marſupia plena. quo=
niam iudex nõ falletur verbis nec flectetur do
nis. Idcirco iſtud fulmen diuini iudicij occidit
eterna moꝛte omne animal. id ē. omnem homi
nem beſtialem qui magis ſequitur carnē ꝙ̄ ſpi
ritũ aut rationem. Sed parcit hominibꝰ iuſtis
Iuxta illud pſ. In memoꝛia eterna erũt iuſti.
ab auditione mala nõ timebunt. Nam auditio
hec erit mala qua dicetur animalibus homini
bus. Inimice deſcēde inferius. Ab hac nõ ha
bent timere homines iuſti quibus dicetur. Ue
nite benedicti patris mei. Et vnicuiq; dicet ver
bum allegatum. Amice aſcende ſuperius. His
autē verbis vocabit dñs vnũquemq; electum
ad gloꝛiam. In quibus tria tãgunt̄. Primo fi=
delitas ſe amantiũ. ibi. Amice. Secũdo pꝛioꝛi
tas ſe honoꝛantiũ ibi. aſcende. Tertio ſublimi
tas ſe exaltantium ibi. ſupius. Circa quod no B
tãdũ. In nuptijs regalibꝰ ſunt aſcenſus ꝛ gra=
dus dignitatis. Nã altiſſime aſcendit rex. ꝛ re
gina altiꝰ. ſui duces poſt ipſum. deinde alti do
mini ꝛ barones. ꝛ poſt illos ſedēt milites ꝛ mi
litares atq; ciues. ꝛ in quolibet gradu ac aſcē
ſu conuiuia ſua habent. Sic ſpiritualiter ĩ nu=
ptijs celeſtis regis xp̄i domini noſtri ſunt gra=
dus ſcalares ꝑ quos aſcenditur. Naꝫ qui vult
ad hos venire neceſſe habet ſemꝑ aſcēdere. qꝛ
dicit Bern. in epiſtola. ꝛ ſimiliter Aug. ĩ libꝛo
de verbis domini. Semper ambula. ſemꝑ per
fice. noli ĩ via deficere. noli retro ire. noli deui
are. remanet qui nõ pꝛoficit. recedit qui ad ea
reuoluitur. vnde iã receſſerat deuiat aut apo=
ſtotat. Qui aũt ſunt iſti gradus enumerat hũ=
bertus in pꝛologo. libꝛo de ſeptem donis. c. vj
Pꝛimus gradus aſcendendi eſt timoꝛis amo=
roſi in omnibus agibilibus cõtinuatio. Secũ
dus pietatis ſe ad deum ꝛ ꝓximũ ſancta lique=
factio. Tertiꝰ ſciētie oĩuꝫ beneficioꝝ dei gra=
ta ꝓcognitio. Quartꝰ foꝛtitudinis oĩuꝫ opera
tionum bonarum executio. Quintus conſilij a
deo oĩuꝫ eligēdoꝝ tuta electio. Sextus ĩtelle=
ctus omniũ veritatũ neceſſariaꝝ limpida con
templatio. Septimꝰ ſapiētie celeſtiũ delitiaꝝ
ꝓguſtatio. Pꝛimus ergo gradus quo aſcendit̄
ad celeſtes nuptias eſt timoꝛis amoꝛoſi in om
nibus agilibus cõtinuatio. Dicit eni Greg. ſu=
per Ezech. omelia. xix. Nam qui a terra ad ce
leſtia tendimus eiuſdeꝫ gradus aſcendēdo mi
ramus. ab infimo incipiendo. ſ. dono timoꝛis.
aſcēdendo vſq; ad donũ ſapie ſapide. Rõnem
huius aſcenſionis reddit. Greg. xxij. moꝛal. di
cēs. Nemo ad infima deſerēs repēte fit ſummꝰ
qꝛ ad obtinēdũ ꝑfectiõis meritũ dũ quotidie
mens in altũ ducitur ad hoc ꝓcul dubio velut